

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Henricus Rudolphus Redeker/ IC. Univers. Rostoch. Rector, & Fac. Iur. Decanus  
... ad Festum Spiritui Sancto Sacrum, devoteq[ue] hodie celebrandum, Omnes ac  
singulos Academiae Cives serio hortatur**

Rostochii: Keilenbergius, [1679]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742505243>

Druck    Freier  Zugang





T. 512.

1649. Pfing.

A. 1256. st.



HENRICUS RU-  
DOLPHUS <sup>1679</sup>  
Redeker/JC.

Universi. Rostoch. RECTOR,

& Fac. Jur. DECANUS, Sereniss. Ducis

Mechlenb. Consil. intimus, Consistorijq;  
Ducalis Assessor,



ad Festum  
**SPIRITUI  
SANCTO**

Sacrum, devotéq; hodie  
celebrandum,

Omnes ac singulos Aca-  
demiæ Gives  
seriò hortatur.

N. 1236 31

\*\*\*\*\*

ROSTOCHII,  
Typis FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typogr.



Salutem!



VI in Ecclesiâ Christianâ,  
qvam sibi Tri-Ulus Deus inter  
mortales collegit, conservat, & ab  
omnibus mundi, diaboliq; insi-  
diis tutatur, militant, id agere  
semper religioseq; debent, ne di-  
sciplinam illam militarem, qvæ  
ad amplificandum regnum Dei,  
ejusq; exercitus salutem, perti-  
net, deserant, sed, in castris qvâsi,  
continuâq; expeditione constituti, arma Spiritus indesi-  
nenter exerceant. Ubi enim periculosis bellum imminet,  
ibi vigilandum magis ipsum strategicum, seu belli fortissi-  
mum Imperatorem, & ipsos etiam conscriptos milites, de-  
cet, ne aperto campo vel per insidias obruantur. Pessimi  
militis nota symbolumq; est, si nec in victoriâ decus, nec in  
fugâ flagitium putaverit, adeoq; nec boni intellectum, nec  
mali curam habuerit. Hinc tantò exquisitiùs cuicunq; Ma-  
gistratui Christiano, qui præ aliis Dei vices in terris sustinet,  
& ex ejus præscripto commissam sibi multitudinem mode-  
ratur, laborandum est, ut cives suos promptos paratosq; ad  
militiam spiritualem subeundam sustinendamq; efficiat: &  
præprimis stupendum sanctissimæ Trinitatis mysterium,  
Sanctissimiq; Spiritus ineffabilem virtutem, qvâ omnes ho-  
stium insultus machinationesq; superare possunt, devotissi-  
mo

mo cultu vēnerandum adorandumq; pio exemplo, & serio  
sermone adhortetur. Cetetum cūm officii munerisq; mei,  
qvod in præsentiarum sustineo, ratio mihi injungat, de Spi-  
ritus Sancti gratiā Programma aliquod scribere, & Cives no-  
stræ Academiæ, tanquam strenuos Athletas, sub clypeo inex-  
haustæ ejus gratiæ militantes, ad venerandum ejus festum,  
devotissimo pectore celebrandum alacriores reddere.:  
Non videre mihi eqvidem videor falcem in alterius messem  
missam; Si de inexhausto hoc & profundo divinæ bonitatis  
fonte verba fecero; cūm à veræ Jurisprudentiæ professione,  
qvæ non humanarum duntaxat, sed & divinarum rerum le-  
gumq; scientiam continet, id neutiqvā alienum sit. Imò Sa-  
cratissimus Romanorū Imperator Justinianus, cūm nō tan-  
tum suas Constitutiones in Imperio suo servandas promul-  
garet, sed & Antesessorū suorū præcepta componeret, & in  
unū Codicē redigeret, primū Titulu de SUMMA TRINITA-  
TE inscripsit: Tūm ut Cives Imperio suo subjectos ad verū  
DEI cultum piissimo exemplo alliceret; tum ut, præmittē-  
do verū salutis humanæ fundamentū, boni Magistratus offi-  
cium adimpleret; tum ut ostenderet, se, ad institutum divini  
numinis, & boni principis exemplum, utriusq; tabulæ esse  
custodem & defensorē. Ut itaq; subditis suis exemplo præ-  
iret, & lumine clariore præfulgeret Justinianus noster religi-  
osissim⁹, rejectā & anathematisata hæresi Nestorii, Eutychis,  
& Apollinaris, de summâ Trinitate veneranda, & plusqvam  
cedro digna promulgavit Edicta, illaq; ad omnes Imperii  
sui partes, ut Christianæ fidei indubitatū haberet testimoniū,  
& devotos certosq; in religione Christianâ subditos faceret,  
publicanda & observanda misit: *Credimus enim, inquit, in*  
*Patrem, & Filium, & Sanctum Spiritum, unam essentiam in tri-*  
*bus hypostasisib⁹, seu subsistentib⁹ personis, adoramus unam Dei-*  
*tatem, unam potestatem, Trinitatem consubstantialem l. s. & b.*

G de

*C. de summ. Trin.* Securus hactenus est Princeps omni laude superior suos Antecessores Christianissimos , Gratianum, scil. Valentinianum & Theodosium, qui Symbolum Nycaenum , seu infucatæ religionis fundamentum, adprobantes, Orthodoxam hanc fidei ac religionis humanae confessionem promulgarunt : *Is Nicene Assertor fidei, Et catholice religionis verus cultor accipiendus est ; qui omnipotentem DEUM, Et Christum Filium DEI uno nomine, ubi pro uno nomine, legendum esse uno nomine, textus svadet & Dd. probant, confitetur: DEUM de DEO, lumen de lumine : qui Spiritum Sanctum, quem ex summo rerum parente speramus accipimus negando non violat : apud quem intemerata fidei sensu viget, ex incorrupta Trinitatis indivisa substantia, quem greco verbo ὁμοστοια recte credentibus dicitur. Hec profecto nobis probada, haec veneranda sunt.*  
*l. 2. C. d. t.* Videm⁹ h̄ic quām scitē eleganterq; leges humanæ, cum legib⁹ Majestatis divinæ conveniant, nostramq; salutē quærant: Videm⁹, quod nam sit fidei Christianæ immotum fundamentum ; scilicet ut unam Deitatem sub pari Majeſtate, & sub pia Trinitate credamus. Comitari proinde, quod pii veteres Proverbii loco usurparunt, Johannem , Christi præcurſorem, ad Jordānem debemus, & videbimus, Patrem in voce, Filium in homine , Spiritum Sanctum in columbâ, adeoq; adorandam Trinitatem manifestissimè apparentem *August. Tract. 6. in Johann.* Hæc est, quām probandam & quā venerandam glorioſissimi Imperatores mandarunt, unde dicitur una Deitas, *l. 1. l. 5. §. 1. l. 6. §. 1.* una potestas *l. 5. §. 1.* una essentia & indivisa substantia, *l. 2. §. 1. l. 6. §. 1.* Una & par Majestas *l. 1. unum Numen* *l. 2. §. 1. C. de summ. Trin.* Dicitur autem summa, quia ab eâ, tanquam à causâ primâ, omnium rerum principia, progressus atq; finis oritur & dependet *1. Tim. 6. v. 17.* Qyoniam autem Spiritus Sancti festum, in Christiano orbe, hodiè celebratur, Nos etiam, ut de hac Sacrosanctæ Trinitatis tertia personâ, ejusq; venerando

do cultu agamus, & pariter nos promptos Spiritu S. milites ostendamus, officii nostri ratione compellimur. Ejusdē autē, in sēpius allegato *titulo*, de *summa Trinitate*, triplex est consideratio. Spectatur enim *primò*, quatenus est una Trinitatis persona *l. i. pr. l. s. §. i. l. 6. §. i. d. t.* Spectatur *secundò*, quatenus ex eo incarnatus est Christus *d. l. s. §. i. l. 6. §. i. l. pen. §. 2. l. ult. §. 2. de summa Trin.* Spectatur autem *tertiò*, quatenus virtutem suam & efficaciam in nos effundit. Hoc enim est quod dicitur in *l. 2. §. i.* nos Spiritum Sanctum sperare & accipere. Qvando itaque Imperator, Spiritum Sanctum esse unam Trinitatis personam, affirmat; simul plura ad fidem necessaria comprehendit; & qvidem (1) quod sit verus DEUS; idque tum ex veteris, tum ex novi Testamenti tabulis abundè probatur: Tribuuntur enim ipsi divina nomina, qvando dicitur Jehovah *2. Sam. 23. v. 3. Psal. 85. v. 9. Act. 5. v. 3. Ephes. 3. v. 5. 2. Pet. 1. v. 21.* & ipsa essentialia DEI atributa, cultusq; divinus, uti pro more suo, deducit Gerhard: *Loc. de S. S. n. 24. & seqq.* (2) Distincta & qvidem tertia Trinitatis persona; qvæ à Patre & Filio, in abstruso illo Trinitatis Mysterio, ineffabiliter procedit, unde hypostaticus ejus character provenit. *1. Corinth. 2. v. 10. 2. Thess. 2. v. 8. Matth. 3. v. 16.* Qvando autem Imperator Christum, ex Spirtu Sancto incarnatum esse dicit, ad ipsum fundatum articuli fidei, ex quo salus hominum dependet, respicit. Hunc a. stupendum conceptionis modum, cum in hac vitâ perfectè & plenè adumbrare non possimus, qvia mens deficit & vox silet, rationem nostram humanâ fecæ obumbratam, in verâ fide, verbo DEI submittimus, & cum Apostolo Altissimis exclamamus: *O altitudo divitiarum sapientie & scienz DEI!* adeoq; certitudini rei subscribimus, & Mysteria Sanctissimi, ex indubitate verbo DEI nobis revelata, potius veneramur, qvam perscrutamur. Qvando deniq;

deniq; in d. l. 2. §. 1. C. de summa Trin. Imperatores, Nos à summo Parente accipere Spiritum Sanctum, fatentur: Ne qvīcqvām probabit Accursius suam, qvam illis verbis ad�at, Glossam, qvod Imperatores loqvantur secundūm Græcos, qvi S.S. à Filio DEI procedere negant. Cum nec verborum contextus, qvi in dictâ lege occurrit, nec p̄fsumtio, qvæ pro optimis Imperatoribus militat, errorem illum schismaticum admittant. Loqvuntur enim Pii illi Imperatores non aliter ac antiqua Concilia, vel ipse potius Christus, qvi omnia Concilia & omnes Conciliorum Patres superat, locutus est, Job. 15. v. 26. Qvapropter ille locus, ex qvo Accursius sinistram concepit opinionem, recentiorum Græcorum sententiam magis evertit, qvam probat. Qvando enīt ibi dicitur, nos Spiritum Sanctum accipere à summo rerum parente, tunc non excluditur Filius; tum qvia ibi, æqvè ac in d. l. Johannis, non additur particula exclusivâ, qvod à solo Patre eum accipiamus, vel qvod à solo Patre procedat; minus additur negativa, qvod à Filio non procedat: Ergò assertum illud Accursii, per qvod erroris incusantur Christiani Imperatores, eum ipsū erroris criminatioñisq; reum facit. Si enim valeret talis consequentia, qvam valere, atq; adeò contra rectè credentium sententiam, in d. l. 2. scriptum esse, haud obscurè innuit Cujac. l. 12. Obs. 26. (qvam tamen sententiam in π. C. non sustinet.) Spiritus Sanctus procedit à Patre, vel illum accipimus à Patre: Ergò non à Filio; Tum eādem rationis consequentiā dicere possemus: Pater est solus verus DEUS Johann. 17. v. 3. Ergò nec Christus, nec Spiritus Sanctus sunt verus D E U S. Tales autem consequentiæ sunt instar ruinosæ domus, qvæ simul & damnum & periculum minatur. Potest potiū inverti Accursii argumentum, & egregius S. Scripturæ consensus ita elici: Spiritum Sanctum

Etum accipimus à Patre: Ergo etiam à Filio. Qvia Pater essentia  
tiam suā, ex qvā procedit Spiritus Sanctus, ab æterno com  
municavit Filio suo, nam Pater & Filius, ratione essentiæ  
sux, sunt unum. Ut itaque Filius est de DEO DEUS,  
ita etiam Spiritus Sanctus de eodem procedit. Unde Augu  
stinus, Cur, inquit, Filius dixit, de Patre procedit Spiritus Sav  
ctus? Cur putas, nisi quemadmodum ad eum solet referre &  
quod ipsius est, de quo & ipse est? Unde istud est quod ait:  
Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me. Cum hac  
autem interpretatione bellè consentit dictum Imperato  
rū, quo, à summo Parente nos sperare & accipere Spi  
ritum Sanctum, fatentur. Non enim illis verbis agunt de Spi  
ritu Sancto quatenus est tertia Trinitatis persona, sed vir  
tutem & efficaciam ejus, qvā nos illuminat & in verā fide  
confirmat, venerantur. Ceterum quod Spiritus Sanctus à  
Patre simul & Filio procedat, indubitatis sacræ Scripturæ  
testimonijs probatur; dicitur etenim *Spiritus Filij*, Gal. 4.  
v. 6. *Spiritus Christi*, Rom. 8. v. 9. Phil. 1. v. 19. *Spiritus Oris  
Christi*, 2. Thessal. 2. v. 8. quem Christus dedit suis discipulis  
Johann. 20. v. 23. Non autem geminus, sed unus est Spi  
ritus, Patris scilicet & Filii, unde dicitur *Spiritus DEI* 1 Cor.  
2. v. 11. 12. Illis proinde verbis, qvibus Imperatores, Spiritū  
Sanctum nos à Patre sperare & accipere, fatentur, nihil  
aliud, qvā ipsum Spiritus Sancti officium, quod in sanctifica  
tione consistit, significant, idq; convenit verbo DEI 1. Thess.  
2. v. 1. Qvia per gratiam S.S. reddimur vasa misericordiæ di  
vinæ, plantulæ Paradisi, & domicilia Sacrosanctæ Trinitatis.  
Nostrum itaq; erit, Cives Christianissimi, in Sacro-sancto  
hoc Festo non tantum ore fateri, Spiritum Sanctum esse  
verum DEUM, tertiamq; adorandi summæ Trinitatis  
Mysterii personam, qvæ à Patre & Filio inscrutabili modo  
ab æterno procedit, & per qvem corda credentium illumi  
natur,

nantur, sanctificantur, & ad æternam vitam renovantur: sed fide verâ & precibus ardentibus, qvæ sunt tutissima nostra arma, debemus probare, Nos non esse protervos, otiosos & disciplinæ impatiens, adeoq;e immorigeros & seditiosos, sed selectos milites Spiritus Altissimi. Nam qvi Spiritu DEI aguntur, hi sunt filii DEI: & arma sua, qvæ sunt, *Charitas, Gaudium, Pax, Longanimitas, Benignitas, Bonitas, Fides, Mansuetudo, & Continentia*, uti loquitur Apostolus ad Gal. 5. v. 22. publicè ostentant. Agamus itaq;, *Cives honorissimi*, qvod nostrum abs nobis reqvirit Symbolum; simus fortissimi Athletæ Spiritus Sancti; expellamus ex cordibus nostris pravas libidines, induamus arma salutis nostræ; exerceamus bonam militiam, ne ejiciamur ab exercitu celestis Hierosolymæ, sed ut tandem, post prælium victoriam, & post victoriæ æternum triumphum age- re, & in Palatio in victissimi Ducis nostri tutò habi- tare, summâq; beatitudine frui queamus.

P. Rost. Sub Sigillo Rector. ipso die  
Pentecostes, Anno 1679





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn742505243/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742505243/phys_0011)






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn742505243/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742505243/phys_0012)



Etum accipimus à Patre: Ergò otiam à Filiu  
 tiam suā, ex qvā procedit Spiritus Sanctu  
 municavit Filio suo, nam Pater & Filiu  
 suæ, sunt unum. Uti itaqve Filius est  
 ita etiam Spiritus Sanctus de eodem pro  
 stinus, Cur, inquit, *Filius dixit, de Patre pr*  
*ctus? Cur putas, nisi quemadmodum ad*  
*quod ipsius est, de quo & ipse est? Unde*  
*Mea doctrina non est mea, sed ejus qui mi*  
 autem interpretatione bellè consentit  
 rū, qvo, à summo Parente nos sperare  
 tum Sanctum, fatentur. Non enim illis v  
 ritu Sancto qvatenus est tertia Trinitati  
 tatem & efficaciam ejus, qvā nos illum  
 confirmat, venerantur. Ceterum qvod  
 Patre simul & Filio procedat, indubita  
 testimentijs probatur; dicitur etenim Sp  
 v. 6. *Spiritus Christi, Rom. 8. v. 9. Phil. 1.*  
*Christi, 2. Thessal. 2.v. 8. quem Christus*  
*Johann. 20. v. 23.* Non autem geminius  
 tus, Patris scilicet & Filii, unde dicitur  
 2. v. 11. 12. Illis proinde verbis, qvibus In  
 Sanctum nos à Patre sperare & acciper  
 aliud, qvā ipsum Spiritus Sancti officium,  
 tione consistit, significant, idq; convenit  
 2. v. 1. Qvia per gratiam S.S. reddimur va  
 vinæ, plantulæ Paradisi, & domicilia Sac  
 Nostrum itaq; erit, Cives Christianisim  
 hoc Festo non tantum ore fateri, Spir  
 verum DEUM, tertiamq; adorandi  
 Mysterii personam, qvæ à Patre & Filio  
 ab æterno procedit, & per qvem corda c



effen  
 com-  
 sentia  
 EUS,  
 Augu-  
 s Sav-  
 erre &  
 d ait :  
 m hac  
 erato-  
 Spir-  
 de Spi-  
 ed vir-  
 rā fide  
 ictus à  
 pturæ  
 Gal. 4.  
 us Oris  
 cipulis  
 Spir-  
 1 Cor.  
 spiritū  
 nihil  
 tifica-  
 Theff.  
 dia di-  
 litatis.  
 sancto  
 m esse  
 nitatis  
 modo  
 llumi-  
 antur,

Image Engineering Scan Reference Chart TE163 Serial No.